

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

Verum ad id nostra festinat oratio, quod pauloante postremū mihi dicē dum esse pro-
 missi. Quidam em̄ Flauianus (vt noster) in Constantinopolitana synodo, Eutychem cō-
 demnauit, deinde synodo, Ephesi secūdo cōuocata, quam postea cōstat reprobata[m] fu-
 isse, q̄ quidam Dioscorus legatus ei tyrannice præfuit, is Eutyches ibi præfens, magno
 affectu desiderio excusandi se atq; uiciscēdi, Nicænum symbolum de uerbo ad uerbum
 professus fuit, ac ita protulit. Hæc est patrum fides, in qua uiuere, moriq; uolo. Quam
 quidē prima synodus Ephesina probauerat, simulq; decreuerat, vt aliam nemo profes-
 re, vel ei quicq; apponere, vel ab eadē auferre posset. Eam itaq; fidē, dicebat ipse, profes-
 teor, Eutychem autē peccare denuntio, quippe qui profiteretur Christū ex duabus, ac in
 duabus simul naturis esse, quod a Nicæno simbolo neutiq; cōtinetur. Veritatē igitur
 ipsam, quo minus declararetur, ac Nicæno simbolo adderetur Eutyches prohibere uo-
 lebat, ita vt uerborū etiam additionē nō admittere uideretur. Quidam autē Eusebius ex
 clamauit, mētiris. Eutyches dicens, nam hoc quod dicis, nulla lex prohibet. Dioscorus
 uero respōdit, cur ita dicis Eusebi, cum hic duo Ephesinæ synodi uolumina habeamus
 in quibus legitur nemini licere Nicæno simbolo quicq; addere? Tacebat autem ipsa sy-
 nodus, Eusebiq; sententiā tacite uidebatur suscipere. At tyrānus Dioscorus Eusebiū
 ipsum ac Flauianū, vt Ephesinæ legis præuaricatores, damnare, ac eorū episcopatus
 priuare contēdit, dicēs synodum Ephesinā decreuisse, vt q̄ fidē aliam proferrer, vel ad-
 deret, vel auferret, si præsul fuerit, episcopatu priuaretur. Patres autē ipsius cōcilij, & si
 præsentē Dioscoro, uoluntati eius acquiescere uiderētur, postea tamē absoluto Flauia-
 no & Eusebio a Chalcedonensi cōcilio, magno gaudio affecti fuere. Porro autē Dio-
 scoro præsentē, protulerāt, Flauianum & Eusebiū merito cōdemnari debere, ac ipsos
 pontificali dignitate indignos esse, utpote qui cōtra Ephesinum interdictum ausi fue-
 rint simbolo quicq; apponere, quod Nicæna synodus prodidit, Ephesina uero proba-
 uit, atq; suscepit, simulq; prohibuit, ne cui liceret ipsi quippiam addere, vel ab eodē au-
 ferre, decernēs, ut si quisq; præsul, tale commiserit facinus, episcopatu priuaretur. Cum
 autē hæc in Chalcedonēsi synodo recitata fuerint, decretū ab ipsa synodo est, Dioscorū
 anathemate notatum esse, utpote qui contra Flauianum ac Eusebiū male iudicauerit,
 ac eos inique dānauerit. Propter eaq; sniā eius antiquādā esse, q̄ Flauianus nil prorsus
 cōtra Nicæna uel Ephesinā synodū cōmiserit. Nā & si Christū duas habere naturas in
 Nicæno simbolo neutiq; legitur, ab ipso tamē simbolo potētia cōtinetur. Vnde non
 sequitur, addētē quippiam, aut declarantē, cōndēnari debere, dummodo uera, catho-
 ricq; fidei consona proferat. Videtur mihi P. amp. Exemplum melius proferri nō pos-
 se, quod ad propositum attineat, q̄ quod de Flauiano protulimus, ita ut eo facile addu-
 cat, ut credam inter dictum illud, ne cui liceret, & reliqua, ad eos tantum referri, quicquid
 aliam a uera tenerēt, quicq; scripturam sacram aut Nicænum symbolum immutarent.
 Quibus equidē argu mētis puto controuersiam nostram solutam esse, sin minus uellem
 a uobis doceri, cur ita credēdū non sit. Si quidē igitur Romana ecclesia profitetur, neq;
 ad sacram scripturam, neq; ad Nicænum symbolum, neq; ad alicuius synodi definitio-
 nem, falsam aliquam accessionem fieri posse, ita ut in hoc uobiscū cōueniat, op̄pretiū ē
 huiuscemodi questione postposita, nos ad eam venire, utrum sanctus spiritus ex filioq;
 procedat, necne. Nam si nobis probabitur ipsum ex filio nequaquā procedere, tum ad
 ditionem simbolo factā esse fatebimur, ipsamq; Romanæ ecclesiæ minime facere li-
 cuisse, sin minus, tunc uos oportebit concedere fas ipsi fuisse, symbolum dilucidasse cla-
 riusq; reddidisse, quo quidem pacto pax inter nos facillime fieret. Hæc beatissimi pa-
 tris dominici nostri, necnon serenissimi Imperatoris, ac horum omnium præstantissimo-
 rum patrum iussu, pro uiribus dixi.

Bellarini.

Quāq; orationes utraq; ex parte habite, tua præsertim amplissime cardinalis, mi-
 hiq; q̄ maxime colende, luculentissima fuerit, ac ad propositum pertinens, rem em̄ ipsam
 dictū mirabile tetigisti, nihilq; eorum, quæ opus essent præteristi, mutua tamen beneuo-
 lentia nunc, si commode fieri posset, uobis responderemus, ac probaremus, plura eorū,
 quæ protulistis, pro nostra causa facere. Verum opportunū esse uidetur, vt sessio dimit-
 tatur. Nam non nisi ueltris orationibus prius memoria diligentissime repetitis, uobis be-
 ne respondere poterimus. Si lubet ergo, dei benignitate surgamus. Quod quidem san-
 ctæ synodo placuit, iubenti, ad proximum sabbatum sessio prorogaretur.

Die sab